



Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cvrис Ivdiciisqve Dei, Erga Homines In Hac
Vita Existentes, Firmata**

Stengel, Georg

[S.I.], 1645

§. 5. [i. e. 6.] Christus Magdalenæ, contra Pharisæum, Patronius; & cur vni
Deus donet, non item alteri, quod peccauit?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)

que in oculo est fratri tui, vides, trahem autem,
que in oculo tuo est, non vides? Hæc est imago **Sap. 7. 26.**
bonitatis illius, quæ etiam, inter ipsam Scri-
barum & Phariseorum malitiam; enimue-
rò, in adulteram in flagranti delicto depre-
hensam, explendescit.

§. VI.

*Christus Magdalena, contra Phariseum pa-
tronum; & cur uni Deus donet, non item
alieri, quod peccauit?*

Alterum exemplū offensi bonitate Pha-
risæi Lucas exhibet, in Magdalena, quæ erat **Luc. 7. 38.**
in ciuitate peccatrix, quæ stans retro secus pe-
des Christi, lachrymis cæpit rigare pedes eius,
& capillis capitis sui tergebat, & osculabatur
pedes eius, & unguento ungebat. Videns au-
tem Phariseus, qui vocauerat eum, ait intra-
se, dicens: *Hic si esset Prophetæ, sciret utiq;*,
quæ & qualis est mulier, quæ tangit eum, quia
peccatrix est. Vides hîc bonitatem Christi,
& peruersum iudicium Pharisei? Ille susci-
pit resipiscensem; iste indignatur Pastori o-
uem suscipienti. Christus fidem & dilectio-
nem mulieris; Phariseus peccatricis delicta
intuetur. Christus clementer, Phariseus **S. Aug. I.**
temere & impie iudicat; nempe putat, ig- ^{50 homil}
norare Christum, qualis sit mulier, cum ille ^{23,}

non

non solum mulieris mores , sed ipsius etiam
 Pharisei cogitationes perspectas haberet.
Dio. l. 41. Caium Iul. Cæsarem laudant Scriptores ,
 quod , cum in scrinijs Pompeij secretæ litté-
 ræ repertæ essent , ex quibus , quo plerique
 animo , & erga Pompeium , & contra se fuis-
 sent , deprehendere potuisset , neque lege-
 rit eas , neque descripserit , sed exemplo
 cremârit , ne quid acerbius in quenquam sta-
 tuere cogeretur . Quantis laudibus dignus
Ierem. 31. est Deus , cuius illa vox est : *propitiabor ini-*
34. *quitati eorum , & peccati eorum non memora-*
babor amplius ? Igitur Phariseus peruersè Chri-
 stum , & non ex vero , sed de suo ingenio iu-
 dicauit . Cum enim turgido inflatus Spir-
 itu , sanctum se esse profiteretur , quasi pro-
Isa. 52. 11. pheticum illud dicens : *Discede à me , & noli*
me tangere , quia mundus sum ; offendeban-
tur , quod se Christus à muliere peccatrice
contrectari pateretur : quemadmodum &
Matth. 5. illi alij , qui dicebant : *Quare cum Publica-*
30. *nis & peccatoribus manducatis & bibitis ?* At
 non tali spiritu erat humilis & humilitatis
 Magister ; vt medicus ægrotos , oues vt Pâ-
 stor , peccatores recipiebat vt Saluator ; &
 pro hac bonitate sua , qua amari merebatur ,
 hominum linguas passus est . Nempe vt , qui
 oculis

oculis malè affecti sunt, luce; ita pessimi qui-
que ipsa offenduntur bonitate. At ignoscit
vni, non ignoscit alteri? *Quòd DEVS alijs*
gratuita vocatione conuersis misericordiam lar-
gitur indebitam, non ad dispensatoris iniustiti-
am, sed ad donantis misericordissimam libera-
litatem, veritatis ratione referendum est. An
audebit debitor creditorem iniquitatis arguere?
si alteri donans ab eo, quod debitum exegerit?
Si ergo inter contractus hominum, nullus ex
hoc præsumptionis locus est, vt à se dicat debitor
iniuste exigi, quia scit alij debitori ab eode, quod
debebat, creditore donatum: quis in tantam in-
sianiam prophana vocis erumpat, ut iniustitia
Deum arguat, si uni indebitam donauerit gra-
tiam, & alteri debitam reddiderit pœnam? Ita
est, & tamen est, qui murmuret.

S. Aug. I.
de. Præ-
dest. &
gratia.
cap. 3.

§. VII.

Deus patri Filium prodigum recipienti similis
iniustos patitur murmuratores.

Sed non idcirco Deus desinit esse bonus,
qui eiuscmodi murmuratori respondet: *An*
oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?
itemque: *Non licet mihi, quod volo, facere?*
Quod est tertium exemplum, cui, ut quar-
tum addam: Verum est, multos, cum filio
illo adolescentiore, accepta substantia sua,
peregrè,

Matt. 20.
15. Luc. 15.
12.